

ARITHMETICES

decim, restant 6. Hinc dico: vnum à 2 (quia vnitas iam antea ablata est) manet vnum, & sic pergo.

Quid si numerus, à quo vnitas sumenda, sit vnitas?

Loco vnitatis deinde imaginor Ziphram nihili, eiq³ de sequenti numero vnitatem addo, vt designes decem, hoc modo:

$$\begin{array}{r} 6 \quad 1 \quad 5 \\ 3 \quad 2 \quad 6 \\ \hline 2 \quad 8 \quad 9 \end{array}$$

Hic, quia 6 à 5 non possum subtrahere, sumpta sequente vnitate dico, 6 à 15 manent 9. Hinc, quia vnitas ablata est, dico: 2 à 10 (vnitate à sequentibus 6, ad Ziphram nihili, quam loco vnitatis imaginor sumpta) restant 8. Hinc 3 à 5 manent 2.

Quid si à Ziphra nihili, vnitas sit sumenda?

Eam ipsam à proximo post Ziphram numero accipio, ac loco Ziphrae imaginor nouem, à quibus infra scriptum numerum subtraho, vt:

$$\begin{array}{r} 8 \quad 0 \quad 3 \\ 6 \quad 5 \quad 4 \\ \hline 1 \quad 4 \quad 9 \end{array}$$

In presente exemplo, dico principid, 4 à 13 (sumpta vnitate ad 3, à sequentibus 8, post Ziphram) manent 9. Hinc dico, 5 à 9, loco Ziphrae manent